



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, De Obligationibus, Functionibus Et Juribus Parochialibus

Engel, Ludwig

Salisbvirgi, 1662

Celsissimo Ac Reverendissimo S.R.I. Principi Ac Domino Domino
Gvidobaldo Salisburgensis Metropolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopo Sedis
Apostolicæ Legato &c. Domino Domino Suo Clementissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41598

✠



CELSISSIMO

AC

REVERENDISSIMO

S. R. I.

PRINCIPI

AC

DOMINO DOMINO

GVIDOBALDO

SALISBURGENSIS

METROPOLITANÆ

ECCLESIAE

ARCHIEPISCOPO

SEDIS APOSTOLICÆ

LEGATO &c.

DOMINO DOMINO SUO

CLEMENTISSIMO.



OM CELSISSIME
PRINCEPS,



Ratiæ, quas Coelum,
quasque Magni Prin-
cipes in subjectos di-
spensant, non aliter
exsolvi possunt, nisi reverentiâ,
ac ingenuâ professione debiti.
Cognatam enim Coelum, &
magna terræ Sidera virtutem
habent, nihil pro beneficiis re-
poscunt, nisi gratam beneficii
memoriam.

Profiteor, mihi magnam à
TE CELSISSIME PRINCEPS,
gratiam

gratiam factam esse, cum me in
 TUORUM Consiliariorum trans-
 scripsisti numerum, ac Sessio-
 nem in Tuo Consistorio assi-
 gnasti. Cedit hic honor in Aca-
 demia Tuæ, Ordinis & Mona-
 sterii Decus, & exinde magni-
 tudo Gratia agnoscenda. Ma-
 gni æstimat hoc beneficium
 meus D. Abbas, statimque im-
 peravit ut publico quali quali
 testimonio gratus essem. Ac-
 cepisti jam voluntatem, nunc
 etiam grati animi tesseram ca-
 pe, parvum libellum sub Tuo
 CELSISSIMO Nomine & Pa-
 trocinio publicandum. Huic
 splendorem comunica. Nam
 in terris stellæ Principes sunt,
 dum

) (3

dum clementissimos radios in subditos spargunt, ac eosdem fructuoso exhilarant influxu, ut majora conari audeant, communicatâ animati gratiâ.

TU CELSISSE PRINCEPS primæ quoque magnitudinis stella es, nam omnia magna extitère, quæ hæctenus aut consulendo, aut imperando in Patriæ curam impendisti, gessisti, sive publica, sive privata spectentur. Ad majora etiam Augustissimus Imperator (non tantum annuente Summo Pontifice, sed & comprobante, imò animante, ac insuper Sanctissimâ Benedictione impostum munus fortunante) occasionem

tionem præbet, magnitudini
parem Animi Tui, ut Ejusdem
ad Comitata Delegatus toti Im-
perio, imò Orbi illucescas.

Potentì DEUS dextrâ TE diu
incolumem servet PRINCEPS
CELSISSIME, ut à Tuo cle-
mentissimo splendore, unde
certa incrementa, Status in-
primis Ecclesiæ Catholicæ, dein-
verò Ordo noster Benedictinus
gratiosissimè foveatur. Ita
precor, atque in perennem
TUAM Gratiam me submissè
commendo

Celsitudinis Tuæ

Humillimus & obsequentissimus

P. LUDOVICUS ENGEL.